

prosa; soli mihi video te vitam omnem tē paracelis obem-
 tem, amicitias recensere, quas peregrinē Domique coluit
 artificissimas. Has inter mea quoque mentionem fieri, nisi
 serō te mouerem, pro ea qua mihi cum integerrimo viro
 rum multis abhinc annis consuetudo intercessit longē
 amicissimas, meo quodam jure postularem. Si prome-
 tiori typographo fieri non potest, ea lacinia commodē
 ut suo loco assuatur, superest expensas an ad calicem
 et quasi in Errata conijci debeat. Verē nimirum
 in erratis Mylij numerandum est actus, quod pluri-
 me fecerit ille, et facit tu, quam ulli meo merito par-
 esse constet. Vale Vir Magne, et omnem tui arbi-
 trii rem esse puta, ut totum

Tuum.

19. Dec. 1642.

C. H.

Voetio.

Reuerendissime ac Doctissime Vir

[339]

Litteras quas vides ab amico Literarum omnium Merseno,
 cura mea commendatas, eodem penē momento, quo
 ad me perlatae fuere, ad te transmitto. Si tantum
 vacat, ut de accepti verbo me certiorem facias,
 liberabis sã me sollicitudine, quã res amicorum pro-
 curare longē solo diligentius, quam ipsas meas.
 Vale bono Ecclesiae et me ama. Haga Com. Postrid.
 Non: Jan: CIOIOCLIII.

Wendelino.

Discedens imper hinc Lauitunus, Vir Amplissime ac doc-
 tissime, cur nihil a me Literarum tulerit, causam
 fortasse diuina veris. Sin peritior caelestium rerum
 vates es quam terrae narum causam ecce ipse prodo, et
 nube testium astructurus sum. confertissimas nimirum
 occupationes meas, quibus quã tranquille tractas, amoe-
 nissimas studiorum carptim ego ac desultorie attingo.
 amicitia vero vel humanitati officiis, negligentissime
 satisfacio, ut si me Literarum aut verborum numero
 aestimas, plane sis injuriosus amici censor, virtutis ac
 doctrinae tuae cultoris longē addictissimi. Tandem pro
 traditis immerenti observationum singularium gemellis
 clauibus, gratias his verbis ago. Constanti illas et fidei
 custodia premeudas spondeo, quousque per te non stare
 significabis, quin compotes literationes amicos faciam,
 arcani utriusque plurima notitiã atque admiratione
 digni. quod caue a me dictum suspicere, quasi jam
 vacillante